

Sermo

.xlvi

personas que sequuntur eum. et tamen nemo illorum qui dicebat eum esse bonum audebat hoc palam et in publico dicere propter metum iudeorum qui iam ordinaverunt quod quicumque confiteretur eum esse christum extra synagogam fieret. id est excommunicaretur et expelleretur de synagoga iudeorum sic quod non videretur esse de eorum societate. In his datur nobis triplex exemplum. Primum est quod ad nuntium dei homo bene mutat et debet exemplo christi despiciere si mali de ipso male loquuntur. Secundum. Et quidam presbiter cum diceret male loquuntur de te homines. Ille respondit faciunt quod solent non quod debent. Secundum est quod ille reprehensibilis est coram deo qui veritatem quam scit vel credit de christo timore alicuius pene tacet in causa veritatis. Tertium est quod exemplo discipulorum debemus iniurias patienter portare sicut ipsi qui de christo audiebant licet audirent et dolerent tamen patienter portabant. Dominus per suam misericordiam . etc.

Feria. iiii. p^o dominica de passione domini

63

Acta sunt encenia in hierosolymis et hiemps erat. Jo. x. Quia penitentes dicuntur oves christi. Idcirco unusquisque apud se videat an sic de ovibus christi attendant homines ne sint de ovibus diaboli. Videant. n. que pastores sequuntur et audiunt. Sunt autem quatuor pastores primo quos currunt hodie omnes homines qui sunt in mundo. scilicet mundo diaboli caro et christus. Primus pastor deficit pecuibus suis. Secundus eas decipit. Tertius eas inficit. Sed quatuor tunc eas reficit. quia in pascuis vberibus pascit eas. Videamus ergo huiusmodi historia. Dicit ergo sanctus evangelium quod dominus noster ihesus christus quadam vice tempore hiemis. scilicet in quodam festo consecrationis templi. Grece. n. ce non novum dicitur et quicumque aliquid novum fuerit dedicatum encenia vocatur. Ambulavit cum discipulis suis in porticu. id est per porticum qui erat ante faciem templi salomonis. Et erat hec porticus tante pulchritudinis tante venerationis quod ab omnibus dicebatur templum. In hac conveniebat populus ad predicationes et orationes et oblationes et ideo dominus ad hunc locum in die festo venerat ut si posset sine impedimento populo predicaret. Dicit autem quod hiemps fuerit tempore hiemis id est frigoris. In quo signatur quod iudei circa templum versantes erant frigidi in fide et in amore dei. et tamen exemplo domini talibus predicandum est quia et hoc pauciora mala committunt. ad conversionem inducunt. et aliquid in penam convertunt. etc. n. in luc. quod gallus. id est predicator committit peccata et per. id est peccator. egressus foras. id est reliquit peccata amare. id est contritione ama